



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,  
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam  
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum  
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Pro felici morte ad B. V. Mariam precatio[n]es.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

editum, ut iugiter te cum omnibus electis Dei, laudem, propriam misericordiam digne deplorem, & alienam infelicitatem deplangam, Amen.

*Pro felici morte ad B. Virginem Mariam, Precatio.*

**O** Domina mea amantissima, tuis sanctissimis intercedentibus mercitis fac me ita religiose & pie viuere, tam fideliter tuo filio & tibi seruire, tam ardentissima & intensissima charitate Deum & proximum diligere, ut nihil damnable vel purgabile habeam de hoc mundo transfigurus: sed in sanguine dilecti filij tui lotus, ac in vulneribus eius sacraissimis sepultus, pretiosissimaq; eius morte viuificatus, & tuis meritis abundantissimis stipatus, nullas inimicorum pertimescagn insidias, verum cum gaudio a te perduci & in conspectu benedictissimi filij tui latens presentari, atq; sine fine tecum commorari merear: vbi incomprehensibilis illa lux oritur, quae nunquam occidit: vbi ineffabilis pax collitur, quam nulla turbatio intermet: vbi fontana illa omnis boni abyssus scaturit, quam nemo exhaustire sufficit: vbi diuina Maiestas aeterna requie omnia continet: vbi diuina Veritas perenniter lucet: vbi diuina charitas aeternæ consolationis dulcedine semper rorat: Vbi B. Trinitas semper viuit & regnat Deus in substantia unus, & in personis trinus, Pater, Filius & Spiritus sanctus, Per infinita seculorum secula, Amen.

*Alia pro eadem*

**A**d pedes sanctitatis tuae imperatrix cœlorum confugio per omnem gratiam & gloriam, quam tibi filius tuus contulit, supplico, ut non derelinquas me in mortis hora, sed assistas mihi tunc & in omni angustia ac tentatione protectrix & liberatrix misericordissima. Imperata etiam mihi talem inuenire gratiam apud filium tuum, ut in hac presenti vita tantam mihi det peccatorum meorum contritionem, ut plenam ante animæ meæ egressum, percipiam culpas & penas remissionem, propter mortem suam & sanctitatem tuam, dulcissima mater & Dominus mea sanctissima Virgo Maria, Amen.

*Vt B. Maria in suam curam migrantem animam suscipiat, Precatio.*

**O** Clementissima Domina mea sancta Maria, omnium Christianorum aduocata & interuentrix fidelissima, rogo te per cuncta merita tua eximia, quibus Deo maxime placuisti, & per singula obsequia, quæ benedicto filio tuo gratiissime exhibuisti, atque per omnes lachrymas, quas in passione eius amarissime effudisti, quatenus mei pauperis misereri digneris, & iuxta solitam tuam elementiam & pietatem in tuam maternam me suscipes curam, atque in eorum me associis numerum seruorum qui singulari amore te prosequuntur, omniaq; sua exercitia in tuam referant gloriam.

*O* unica spes mea post filium tuum gloria virgo Maria, non me derelinquas in horrenda mortis hora: sed tunc & in omni tentatione & angustia adesto mihi protectrix fidelissima, consolatrix suauissima, mater gratissima